Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 2847

Quelle:
Copyright:

Eucharistica Solennitate nupera asino Paduano (Antonii?) *non eguit, tam humiliter reverens fuit.* Quae, qui volet, rimetur.

DCCLXXXVII.

715 Codex chartaceus lat. Sec. XVII. Folior. 9. 4. inscribitur: *Maria Immaculata Signum cui contradicetur. Sive Sermo Panegyricus in quo Maria Immaculata Evæ Contradictio, Eva Mariæ Immaculatæ Antithesis demonstratur. Dictus ad Vniversitatem Carolo — Ferd: Pragensem, Dum more annuo Eidem Immaculatæ Sacramentum diceret. XV. Decembris A°. D^ni. MDCLXIX.* Luculentum depravati Gustus Monumentum. En, ut peroret Autor anonymus! *Tota mea dictio Antithesis fuit et Contradictio; sit et hoc dictionis meæ Epilogus: Dixi, non dixi. Tam enim de te Maria dixi male, ut neque ausim dicere me dixisse.* Sed nempe vastarum, ut est Palatina nostra, Bibliothecarum est, condere, quidquid vel sapuit, vel desipuit humanum Ingenium.